

1562 <sup>24</sup>  
S. P. D. Quum Vestram erga me benevolentiam, plurimis certissi-  
misq; olim expertus sim argumentis, Reuerendi Venerabiles atq; Eximij  
domini, Patrom Observandissimi. Non dubito eandem adhuc aduersum me  
animi propensi voluntatem, dignitates Vestras, firmam ac immutatam ha-  
bere. Animus quidem meus idem est erga Eximias Dignitates Vestras  
qui semper fuit, cum mirifice Vobis deditus, tum Vestrarum prestantis-  
simarum Dignitatum singularis cultor & observator, quas ego multis ab  
annis, imo fere ab adolescentia, omni semper honore et obseruantia: ut deuius  
prosecutus sum, et adhuc: quoad vixero prosequar, haec cum reuera se  
ita habeant, putavi mihi faciendum esse, in re oppido necessaria, opem  
Vestram atq; autoritatem suppliciter per literas implorare, optima spe fidus  
Dignitates Vestras mihi nequaquam suffragis defuturas, Verum et petitioni  
meae placidas aures prebituras. Cognovi ex literis quorundam mihi  
familiarium, tum ex relatu aliorum hic audiui D. Fridericum Burek  
Partingensis Ecclesiae Parrochum: pie memoriae: proximis superioribus  
diebus vita functum, rebusq; humanis exemptum, et paratam pastore  
Vacantem, Cum vero conferendi potestas penes Vos sit Reuerendi atq;e  
Venerabiles Domini, Obnixè Dignitates Vestras oro atq; obtestor, pro sum-  
ma mea erga Vos obseruantia, ut Clienti Vestro Simoni fauore et animo  
aditis, eumq; ad Ecclesiasticum hoc munus promovere dignemini, Et si  
forsan eo honore et beneficio nonnullis indignis videar, Vos tamen maxime  
digni Humanissimi Viri, quo antiquum et emeritum famulum, rude ac  
libertate: ut consuevistis: donetis, atq; ad fastidium coloretis, Quod si minus  
oportunum Dignitatibus Vestris, me rebus scolasticis eximere videbitur,  
in annum tempus omnia mea studia pristina, offitiam in erudienda tenera  
hic pube polliceor ac defero, Saltem ne frustrer istius Ecclesiae provisione  
Quod attinet ad animarum istic curam, totis elaborabo Veribus, ut vira-  
rium, me absente, in locum substituam, qui interea temporis, dum hic de-  
timeor, omnibus Christi, fide, integritate et officio praesit, Haec mea humillime  
petitioni, rectissimam Vestram atq; benignissimam voluntatem accomodatura  
spero, imo, si fieri potest: iterum atq; iterum rogo, Equidem si me hoc be-  
neficio a Vobis affectum esse videro: qui sum plurimis iam Vestris erga me  
meritis deumctus: maximo me hoc munere cumulatum arbitror, Vobisq;  
perpetuas et agam, et habeo quidem, et praedicabo gratias, Referre enim non  
audeo polliceor, Deum Omnipotentem oro, ut Dignitates Vestras salvas et flori-  
tes diu nobis conseruet, Date Heilsbergae 9 Calendas Februarij,  
Anno 1562.

Vestrarum Dign.

Adductissimus atq;

Deditiss. Sacellanus

Simo Hemperg  
1562

Reuerendis Venerabilibus atq;  
Eximijs Dominis Prelatis et Ca-  
nonicis Varmiensis Diocesis, Do-  
minis ac Patribus suis Obseruan-  
dissimis 2